

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 5: De aliis rebus

Caput 17: De laude superne felicitatis et premio eterno (6e)

Idem (Bernardus):

O dulcis habitatio paradisi, dulce pabulum,
dulcis opulentia et multa nimis.

O quies et feratio hyemalis tuta habitatio paradisi. dulce pabulum deus.
Opulentia multa nimis eternitas.

→ Nihil ibi formidatur, nihil fastiditur, nihil deficit.
Tuta habitatio paradisi, dulce pabulum Verbum,
opulentia multa nimis aeternitas.

Nichil ibi formidatur, nichil fastiditur, nil deficit.

Nichil ibi formidatur, nichil fastiditur. nichil deficit.

← Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*,
33.2 (SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.235,
ll.7-9).

Festinemus ergo, providi filii, ad locum tutiorem,
ad pastum suaviorem,
et habitemus sine victu, habundemus sine defectu,
epulemur sine fastidio.

Festinemus proinde filii: festinemus ad locum tutiorem:
ad pastum suaviorem.
vt habitemus sine metu. abundemus sine defectu.
epulemur sine fastidio.

Festinemus proinde, filii, festinemus ad locum tutiorem,
ad pastum suaviorem, ad uberiorem et fertiliorem agrum.
Festinemus ut habitemus sine metu, abundemus sine defectu,
epulemur sine fastidio.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*,
33.4 (SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.235,
ll.26-28).

O quidquid nobis illic erit gaudii,
tamen sine timore et periculo, sine voto et tedio,
sine suspitione et vicio habitabimus.
Illic nos amabimus sine modo,
videbimus sine termino, coherebimus sine malo,
pleni laude et iubilo, pleni gloria et pleni deo.
Tunc non erit suspitionis locus,
quia tunc omnia erit deus.

In quibusdam dictis.
O quid nobis illic deerit gaudii
cum sine timore et periculo: sine nota et tedio:
sine suspitione et vicio habitabimus.
illic nos amabimus sine modo.
videbimus sine termino. coherebimus sine malo:
pleni laude et iubilo: pleni gloria: pleni deo.
Tunc non erit suspitioni locus.
quia tunc omnia erit deus.

[fons nondum repertus]

Guillelmus de Cortoriaco (Guillaume de Courtrai, OSB),
Liber florum beati bernardi abbatis clareuallensis, 5.47
(Paris, P. Pigouchet, 1499 [ISTC ib00390000], fol.45va-vb).